



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 49. Bartholomæus Caranza ob hæresis crimen carceri datus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. quapropter hi, ut illum ab hujus dignitatis possessione arcerent (*), diu acriterque adversus eum actionem intendebant, ea autem nondum absoluta Ægidius fatis cesserat: nihilominus fidei

A.C. 1559.

Cenfores ejus cadaver in jus vocant, eumque, licet jamjam vivis ereptus esset, ad mortem condemnant, atque illum tanquam per machinam excitatum in straminea effigie populo ad spectaculum fistunt, & sententiam in illum pronuntiatam exequuntur.

§. XLIX.

Bartholomæus Caranza ob hæresis crimen carceri datus.

Thuan. l. c.

Spond. hoc

ann. n. 29.

Pallav. l. 14.

c. II. n. 4.

Sequenti mense Octobri eadem pœnrum severitate cum aliis de eodem criminis accusatis apud Pinciam Vallem actum est; ibi enim spectante Philippo Rege

(*) Quod Ægidius ab Inquisitoribus ideo fuerit carceri mancipatus, ut illum, ne Episcopatum consequeretur, præpedirent, id Continuatore mere in Inquisitionis odium conflictum fuit, cum ipse Thuanus, l. c. quamvis hæreticos excusare studeat, magis tamen ingenue fateatur, quod Ægidius hæresis positatus, ac Dominici a Soto hortatu publice errorum suum recantaverit.

Rege (*) viginti octo ex præcipua illius Sæcul. XVI.
 regionis Nobilitate de Lutheri hæresi A.C. 1559.
 plene convicti fuere combusti: ut vero
 importunas parentum, & amicorum, qui
 reis favebant, preces præveniret, vo-
 to se obstrinxerat, semetipsum ad Caro-
 li unici filii sui rogum ligna asportatu-
 rum, si ipse vel unquam in Lutheri hæ-
 resin incideret. Insuper in eadem urbe,
 quam Pinciam Vallem vocant, Bartho-
 lomæus Caranza Toletanus Archipræ-
 sul, ac primus Hispaniæ Prælatus car-
 ceri dabatur. Is erat ex Ordine S. Do-
 minici, quem Philippus II. Rex Mariam
 sibi in conjugem selecturus secum in An-
 gliam eo fine deducebat, ut ad Religio-
 nem Catholicam ibidem restaurandam,
 & ipse suam impenderet operam: quin-
 imo illum Reginæ conscientiam fuisse
 moderatum, referunt Scriptorum non-
 nulli: anno autem Domini millesimo quin-
 gentesimo quinquagesimo septimo ab

Y 3

eodem

(*) Philippum huic spectaculo præsentem
 haud fuisse Thuanus his verbis testatur: *Alii*
id mense Mayo extremo affum' scribunt; quod si
ita est, potius spectante Carolo Principe Philippi
Filio, & ut alii addunt, ejus sorore Joanna
Principis Lusitaniae vidua id affum est, nam
Philippus nondum e Belgio excesserat, qui quarta
Kalendis Septembris velleris aurei Ordinem Gan-
davi celebravit.

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

eodem Philippo ad Toletanum Archiepiscopatum nominabatur, cum vero Carolus V, in sua eremo apud D. Justum in postremis vitæ suæ diebus hujus Præfus præsentia frui peroptaret, is eidem quoque morienti adstiterit: dein cum post Caroli obitum suspicio invalesceret, perinde ac si hic Imperator de fide catholica minus recte sentiens decessisset, hujusque mutationis culpa in Caranzam rejiceretur, hinc Ferdinandus Valdezius Hispalensis Archiepiscopus, ac supremus Hispaniæ Inquisitor illum, cum suam Diœcesin lustraret, Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo nono die vigesima secunda Augusti eo tempore comprehendi jusserset, id Papa, ac Regie permittentibus, eoque de hæresi a quibusdam accusatus esset. Ergo apud Pinciam Vallem, seu Valdoleti custodice datur, necnon judicii acta in eum instruntur: cum vero hosce judices tanquam suspectos recusaret, atque ab iis ad Pontificem provocaret, Rex consentiente Papa alios nominabat, qui in ejus causam inquirerent, ut omnia judicii acta denique Romam transmitti possent, ibidemque totum negotium lata sententia definiretur: verum ea res adeo protrahebatur, ut nonnisi Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto causa penitus decisa fuisset.

§. L